

A P P R O B A T I O.

I O M V M hunc primum, cui titulus præfixus est: *Apologia pro doctrina sancti Thomæ Aquinatis, Ecclesiæ Sanctæ Doctoris Angelici, Auctore Fr. Ioanne Biescas Ordinis Prædicatorum, in sacra Theologia Magistro, & eiusdem sanctæ facultatis in Oscensium Academia primario Professore emerito. Ex cõmissione, & mandato Excellen. Domini D. Ferdinãdi de Borja, Commendatorij maioris de Montessa, à Cubiculo Regis, & huius Aragoniæ Regni Proregis, haud oscitanter per legi, decurri, & examinaui diligenter. In quo nõ solũ affirmo, nihil cõtrari, quod, vel orthodoxæ fidei, vel bonis moribus sit, modo aliquo aduersum, sed constanter teneo eum esse magnopere necessarium, non tantum Angelici præceptoris discipulis, sed cunãtis etiam Theologiæ Professoribus. Mirum namq; est, quanta cum ingenij dexteritate, & claritate (quæ innata est huic eximio Auctori) se se Diui Thomæ expostorem, & propugnatorem præbeat, & quanta cum facilitate difficillimas Theologiæ quæstiones declaret, quantaq; cum modestia, & suam sententiam proferat, & contrarias impugnet, ut moris fuit Angelico præceptoris. Qua propter si in publicam lucem prodeat, omni ex parte omnibus per utilem fore, iudico. Dat. in hoc Prædicatorum Cæsaraugustano Conuentu, die 25. Maij, Anno 1634.*

Fr. Raymundus Saenz Magister,
Prior, & rerum fidei Censor.

A P P R O B A T I O.

I V B E N T E Illustri Admodum Doctore Stephano Esmir, pro Capitulo Sede vacante in Cæsaraugustano Archiepiscopatu Vicario Generali, Tomum primum *Apologia pro doctrina sancti Thomæ*, Auctore Reuerendo Patre Magistro Fr. Ioanne Biescas, in Sertoriana Oscensium Academia Primario interprete iam emerito, legi. Vidi, quæ iam in disputationibus ab ipso audiui, mira claritate, & eruditione omnibus patefacta, disputata. Vidi sanas Ecclesiæ, & Sanctorum doctrinarum intelligentias. Vidi virum iuxta Angelici Doctoris cor. Vidi dignum eius discipulum, qui tantum Doctorem, vt Magistrum proponat sequendum, nolens trahere illum ad se, sed volens trahi ab illo. Vtile sanè opus, vt typis mandetur, & in communem prodeat utilitatem. Vtile, ac delectabile opus, per tot annos elaboratum, atq; cruetatum, ad perpetuam tanti viri memoriam, etiam si lamentabili rapiatur morte. Opus tandem commodum, vt Theologus possit veritatem edocere, & eos, qui contradicunt, arguere. Cæsaraugustæ in Conuentu S. Patris nostri Augustini 27. Maij, Anno 1634.

Fr. Bartholomæus de Foncalda Magister,
& in Vniuersit. Cæsaraug. Theologiæ Professor.

Imprimatur.
Doctore Stephanus Esmir,
Vicarius Generalis.

A P P R O B A T I O.